

Elephas et culex Iaderae, anno MDX. Quomodo  
vituperaverit magister Nardinus Celineus  
magistrum Palladium Fuscum.

Neven Jovanović  
neven.jovanovic@ffzg.hr

Universitas studiorum Zagrabiensis

Spalati, a. d. XIII Kal. Mai. a. U. c. MDCCLXVI

- 1 Praefatio de similitudine et identitate
- 2 Duo magistri: Nardinus Celineus et Palladius Fuscus
- 3 Codex Auximensis
- 4 De Palladii furto
- 5 Auctores in rixa
- 6 Peroratio

## Petrarcha Bocatio

sum qui aliorum scriptis non furtim sed precario uti velim  
in tempore, sed dum liceat, meis malim; sum quem similitudo  
delectet, non identitas, et similitudo ipsa quoque non  
nimia, in qua sequacis lux ingenii emineat, non cecitas non  
paupertas

Petrarcha fam. 22, 2, Iohanni de Certaldo [= Iohanni  
Bocatio], mense Octobri 1359, de suo carmine bucolico  
(1346-1348, usque ad 1366)

## Petrarcha Bocatio

Est decima pastorii carminis Egloga, cuius quadam in parte ita scripseram: *solio sublimis acerno*: postmodum vero dum relegeretur attendi simile nimis esse Virgiliano carmini. Ille enim ait in septimo divini operis: *Solioque invitat acerno*. Mutabis ergo, et loco illius pones ita: *e sede verendus acerna*: omnino enim acernam esse sedem volui Romani Imperii, cum equus Troiani excidii apud ipsum Virgilium sit acernus; ut sicut in theologice lignum humanae prius causa miseriae post salutis, sic in poeticis non modo lignum idem genere, sed arbor eadem specie sit redivivi Imperii materia quae ruinae fuit. Habes intentionis meae summam nec opus est pluribus.

Petrarcha fam. 22, 2, Iohanni de Certaldo [= Iohanni Bocatio], mense Octobri 1359, de suo carmine bucolico (1346-1348, usque ad 1366)

74  
p. inc.  
Mai no riedirno le mie luci a sturte  
O nelle nocte oue amor par che ffauille

Vergine bella che ti sol uel tita      Coronata di stelle al sōmo sole  
procestiti chente sualua a scote      Amor mi spinge a tir dote pome  
Ma nō son cominciar senza tuatta      7 di colui chiamādo in te li pose

Ma non dona al bongo pinto! ~~colui~~ colui non fao unio per lora da ad  
che delectoati pui molo in lode. ma doglium del popo ande per tando  
de pignore al mio baco. 7 uno i guerra. colui non respicando  
bona signor e qto idicato modo. e ppo che mi paffi i parte per

FRANCESCO PETRARCA, 1304-1374

Facsimile: autograph rough draft copies of poems from the *Canzoniere*

On paper and parchment

Italy, 14th century

Vatican Library, Cod. Vat. lat. 3196 (top), and Cod. Vat. lat. 3195

# Anxiety of Influence

Harold Bloom, *The Anxiety of Influence: A Theory of Poetry*, 1973.

## Palladius Fuscus

Palladius natus est Paduae c. 1450, mortuus Capodistriae (hodie Koper, Slovenija), 1520.

Edidit commentarios in Catullum Venetiis 1496.

Chorographiam scripsit *De situ orae Illyrici*, in lucem editam Romae, a. 1540.

Docebat Tragurii (Trogir), fortasse Sibenici (Šibenik), Iaderae (Zadar, ubi morabatur 1493-1516; ab anno 1511. ibi est *cancellarius criminis*).

Amicus erat Coriolani et Aloysii Cippici, Traguriensium; epistulas misit Marco Antonio Coccio Sabellico Veneto.

PALLIUS FUSCUS IUVENI CLARISSIMO LAURENTIO  
BRAGADENO PATRITIO VENETO FELICITATEM.

**N**uper ab amicis exoratus Laurētī Iuuenis optime & in nostris studiis eminentissime ut cōmē-  
tarios quos in Catullū pridem scripsisti emittere; diu multūq; cogitavi: cui eos potissimū des-  
tinerem. Verum cū mihi multi occurrerēt: qui hoc munere quātulumcūq; sit: dignissimū uide-  
re diderent: nemo tamen oblat<sup>9</sup> est: qui te dignior uisus sit. Meminerā. n. te nostras litterulas iēper plu-  
rimū fecisse: ex quo p̄stantiā tuā me meaq; omnia libentissime dedicauit: ut ego quoq; iis ann. metas  
rer: qui te ob generis splendorē eximīaq; eruditiōē admirati: amanti: colūti: & uenerātur. Occurrebat  
præterea alium neminē Catulli poetæ; proculdubio elegantissimi lectōe adeo delectari. Ut qui i hoc  
scribēdi genere eū unum secutus carminis argutia atq; lepore ipsum nobis misce effingas. Sed lau-  
des tuas tunc pro ingenii mei mediocritate recensere destinaui: cum alios quos in Plinii Iunioris epi-  
stolas scribere cepti: cōmentarios tibi perfecero. Interea hos per leges ita tamen ut in ipsis priusq; im-  
pressoris tradantur: si quid deesse uisum fuerit: id continuo addas: si superesse detrahas: nec inuis  
audacter deleas: si quid perperam uel somniculose a nobis dicatur: ut tua diligentia quam etiam rebus  
minimis adhibere soles. In manus hoīum q̄ emendatissimi ueniant. Vale. Patræ ornamentum.

Viri clarissimi Donati Ciuaelli in Palladii  
Fusci Cōmentarios Endecasyllabon.

Si quis per tenebras Catullianas  
Securos cupit explicare gressus:  
Hic mox Palladium meum sequatur  
Claras lampadas & faces ferentem  
Non sic senita claruit per orbem  
Quærenti ceteri abditam rapinam:  
Ut docti tenebræ nitent Catulli  
Claræ Palladio faces ferente.



# Nardinus Celineus

Nardinus natus est Maniaci (Maniago) in provincia Foroiuliensi, fortasse c. 1450.

Iaderae docebat ab 1508, Utini c. 1528.

Carmina, orationes et epistulae eius in codice manuscripto servantur.

Pauca tantum typis vulgavit.

P. Nardinus Maniacus Poeta Domico  
Palladio Sorano. S. D. 2

**N**on te fugit scio Palladi multos olim Soranos  
diuersis temporibus in omni uita nobilitatos.  
Vnūue inter ceteros Valeriū Poetā summope fami/  
geratū. Qui primus de deo maximo uera cōmenta/  
tus est. Atq; ob id creditus ab impiorum manibus in  
cruce[m] sublatus. Quē Terentius Varro testē in suis  
libris & citat & nominat. Immo tā sæpe quā libēter.  
Proh dolor sicut alia bona. Sic huius opa inconstan/  
tia & malignitate seculorū incuria & ignorantia mor/  
taliū interciderē. Nō sine graui iactura humanitatis.  
Tu tamen hoc licet imensum detrimentū nouis editis  
carminibus recuperasti. Legimus enim tuos Epicos:  
Elegos: Hendecasyllabos tali uarietate distinctos. Ut  
ad effingendum solertissimi cuiusq; Poetæ ingenium

Ad Triphonem Bizantium sacer:

**S**ic ego te: Pylades ueluti dilexit Orestem:  
Sum Pylades: at tu sis Agamennonides.

Ad. P. Nardinum Maniacum

Poetam Insignem.

**O**ptarem liquidas gustasse Aganippidos undas:  
Musarumq; choros conciliasse mihi.

Optarem Daphnem nostro admouisse labello:

Iufusamq; animam dulcis Homere tuam.

**Q**uo possem meritis uestros extollere cantus

Carminibus: tanta dignaq; laude loqui.

**S**myrna silere potes: sileas quoq; Mantua: maius

Nescio quid uestris uatibus exoritur.

**T**ersius hic condet miserandæ prælia Troiæ:

Castraq; Galloꝝ: Romulidumq; manus.

**T**uq; superba nimis deponas Corduba fastus:

Cedat & Anneus: tuq; Lucane tace.

**A**mphitrioniadem melius: mensamq; Thiestis:

Et ciuile nephas: Hyppolitumq; canet.

## Opera Nardini in codice manuscripto

1508. Quędam opera Publīi Nardini Celinei Foroiuliensis.  
Poetica.

M. D. XX. XI. Kl. Maii. P. M. S. IADREN.

(a. d. XI Kal. Mai. = Parilia = 21. Aprilis)

MS Auximi (Osimo)

Biblioteca Istituto Campana, ms. 18. L. 13

Giuseppe Praga ante a. 1945 notitiam de MSto habuit, sed non  
publicavit

Lorenzo Calvelli a. 2003 notitiam publicavit

Sandra Ivović a. 2010 MStum photographice depinxit

1508.

quedā Opera: publicj Nardini celinei forensuliz

Poetica

ms. C. 1500

Y M + D + XX + XI + KL + MAII +

+ P + M + S + IADREN +

## Opera Nardini in codice manuscripto

In codice Auximensi sunt Nardini opera varia numero 65. Insunt e. g. Carminis de bello Gallico libri II (de bello regis Caroli VIII in Italia a. 1495); oratio apud pontificem Iulium II (pontifex erat 1503-1511).

Nardinus ad Iadrenses plures scripsit, qui erant e familiis Soppe, Detrico, Ciprianis, Gallelo, Benja, Grisogono. Scripsit etiam ad capitaneos Iaderae Venetos Bernardum Bondumerium (1507-1508), Leonardum Michaellem (1511-1512), Augustinum Mulam (1515-1516).

Scripsit etiam ad Heliam Tolimerium (Ilija Tolimerić), poetam et magistrum Sibenicensem, ad Heliam Lampridium Cervinum poetam et magistrum Ragusinum (Ilija Crijević, Dubrovnik).

Nec vladislavo regi iam profertur ipsum  
Alydem lysius, cuius & ora promissis  
- Galladius fuscus i laude p. M.

Ad elui sompidium

Rex egde felice que laudat must disti  
Cervini. et verbis Tollit ad aspe suis  
Sed magis erit felice Cervini must goetz  
Harding & loquo, Carminibus mei

Rex sine Cervini detis, ut no sine Culti  
Harding qd Carmina Clarus erit

7200

p. N. C. Carminis et somno.

tempore, quum in quoque cognitam foret, .....  
quoque in parte imitari voluerunt. Hinc est, quod nulla Europae pars adeo  
abdita est, ita aduenis infesta, ut in ea *Ragufinos* non inuenias negotiantes. Habe-  
bant annis superioribus, quum ante Senatus Veneti decretum iure suo, quocun-  
que vellent, nauigare possent, naues amplius trecētas, quas, mercibus onustas,  
in diuersas orbis partes ad quaestum mittebant: sed longum foret, si omnia com-  
memorare vellem: vnum tamen non praetermittam, quo intelligatur, quanta sit  
*Ragufinorum* feueritas, et in liberis educandis diligentia: non enim sinunt in sua  
vrbe ludos esse, nisi literarios; si gladiatores, saltatoresue accesserint, subito eii-  
ciuntur, ne iuuentus, quam literis duntaxat, aut mercaturae vacare volunt, hu-  
iusmodi faeditatibus corrumpatur; verum, quum haec proderem, ibi erat *Aelius*  
*Certūnus*, Poeta eminentissimus, cui si priscais temporibus nasci contigisset, (quan-  
do more hominum comparatum est, vt veteres scriptores nouis semper antepo-  
nantur) ipse profecto cum antiquis Vatibus passim legeretur; tanta est eius in  
rebus, quas decantat, eruditio, et ea carminis sublimitas.

A Raguf-



## Epistulae et epigrammata de furto Palladii

De furto litterario Palladii tractantur epistulae IV et epigrammata V.

Fol. 22r Carmen quem(!) Palladius Fuscus subduxerat Vergilio et a quibusdam denotatus ut Vergilii est his verbis contra calumniatorem se excusat et furtum furto excusat. *Inc.* Non mihi si lingue centum sint oraque centum

Hęc epistula fuit tradita Chrysogono Cedulino discipulo domini Nardini et hęc fuit responsiua domini Nardini

Fol. 22v-23v Gratulamur tibi, antiquarie magister, quod Affranium legeris. Affranium recitasti, Macrobiium tacuisti.

## Epistulae de furto Palladii II

Fol. 23v Responsiua Palladii Fusci Grisogono Cedolino.  
*Inc.* Impudens quid blatteras! Tu, qui adhuc prima  
 ignoras eruditionis elementa, audes mihi  
 detrahere quia usus sum ad redarguendam tuam  
 inscitiam uerbis Macrobiani.

Fol. 24r-26r Responsiua Publii Nardini Cęlinei Palladio  
 Fusco. *Inc.* Nescio quo te nomine apellem, siue  
 grammatista, siue talis es qualis est apud  
 Demosthenem grammatocyphon; pauca me tibi  
 respondentem audias quęso.

Renfruce. P. M. C. palladio fusco

Nescio quo te non appellat, sine grammatica / sine talis et glis  
est apud demosthenem grammaticus hoc primum me tibi videtur audire  
quiso. Dicis me asserere vergitum Torrey, meq; aduersus obtretractos  
a macrobio defendi. Assero quod Torrey, sed qd aduersus neq; deo  
fendi me asserere in praecepto, sicut plane assero te quomodo de  
fendat minime intelligere. si defendat Macrobius, qd est qui uerum  
se dicit me obtretractoribus occasione pbeant obtretracti. tunc  
Macrobianum seruum dyalctice impetus, & conis diuisionem ignas  
interpretari no potes. Nunc ego te indoctum & ignoran praecepto  
iferius gratis & apte docebo. Miraris quomodo fieri possit ut uerq;  
a macrobio Torrey, pariterq; laudet. Accidit solit hominibus animis  
stupidis atq; Torpentis, ut En quorq; causas ignorant oia mirant.  
Etos aut nihil aliud mirantur qd Tor idies magis atq; magis

## Epigrammata de furto Palladii I

De furto litterario Palladii tractantur epistulae IV et epigrammata V.

Fol. 36r Publii Nardini Celinei responsum ad Palladium Fuscum *Inc.* Quid me uituperas decoratum Cęsaris lauro / Sum Graia et Latia Tempide cinctus ego.

Fol. 37r-38r Publius Nardinus Celineus Helię Tolimerio *Inc.* Sinistrum fateor sed illud, Heli,

## Epigrammata de furto Palladii II

Fol. 38r Palladius Fuscus Nardino Cęlineo *Inc.* Incedis  
tumidus totam, Nardine, per urbem / Hoc solo  
quoniam carmina multa facis

Fol. 38r-38v Publi Nardini Cęlinei responsum *Inc.* Non tu  
carminibus doctis nec, Fusce, Camęnis / Sed  
liuore tumes dum mea scripta legis

Fol. 43r Publius Nardinus Cęlineus in Palladium Phuscum  
*Inc.* Volgiuagum ingenium felix et ad omnia  
promptum / Est illi; quod agit, Mercuriale sapit

Ignarus & subito perit Lantini

Hosque queso remitte morone

Ad me fas redeant mihi carminibus

Palladius fuscus Martine Clinto

Incedis tumidus totum Martine per urbem

Hoc solo quoniam Carminibus inter facis

Carminibus sunt eadem fauces sed qualis quodam

fecere indocti memius & banus

- P. N. C. Responsum

Non tu Carminibus doctus nec fuisse Carminibus

Sed limore tuomet dum mea scripta legis

Que banus si digna putas tu digna morone

Cum mea docti Cohors cum tua nemo legis

Orbilium preses mihi Tideo

## Indus elephas culicem non curat

## Nardinus Palladio, ep. IV

Ego quum abire uoluerō scio quo sim abiturus. Fratres habeo non tales quales fingis nec quales tui esse potuerunt, habeo prædia quę mihi atque meis abunde alimenta suppeditant. Tu nobilis a limo ne hortulum quidem possides. Dic age spurie obscurissime ubi fratres tui, ubi patria. Te Patauinum facis. Ego uero, quum essem Patauii, huc uenturus dedita opera diu quesii; **neminem inuenire potui qui te aut aliquem tuorum cognosceret**. O pulchram prosapiam! Postquam huc ueni **audiui te in Hystria natum** christianisatumque inter barbaros et bubulcos illos qui plurimi in ea regione sunt.

(Cod. Aux. f. 26r)

## Musa cacata

Nardinus Palladio, epigr. I

*Quid coruus cycnum? Quid equum deludit asellus?  
 Aut quid uocalem bubo lacessit auem?  
 Indoctus docto maledicere, Fusce, laboras  
 Versibus his quales Musa cacata dedit.*

(Cod. Aux. f. 36r)



## Indoctissimus omnium magister

## Nardinus Tolimerio, epigr. II

*Capti, credo, tui fuere laruis,  
 Capti fascino loquacitatis  
 Huius uaniloqui fuere ciues  
 Cum talem tibi pretulere pestem.  
 Si per compita, si per angiportus  
 Incedet populo fauente nugis  
 Et mendatia confutante nullo,  
 Tum uentosior Eolo riuali  
 Iactabit nebulo suas ineptas  
 Vanas litterulas, cacatiores  
 Quam sint Ocypete ac soror Cyleno*

(Cod. Aux. f. 37v-38r)

## Maevius et Orbilius

## Palladius Nardino, epigr. III

*Carmina sunt, equidem fateor, sed qualia quondam  
Fecere indocti Meuius et Bauius.*

## Nardinus Palladio, epigr. IV

*Quę Bauio si digna putas, tua digna Marone  
Cur mea docta cohors, cur tua nemo legit?  
Orbiliun profers et habes in pectore Gallum  
Atque sub Orbilii Rhemius ore latet.*

(Cod. Aux. f. 38r-38v)

## Macrobius

*Quisquis es audi obsecro. Prisci illi nunquam satis laudati hunc esse legendi fructum uoluerunt ut ea emulemur que in aliis probemus et que maxime inter aliorum scripta miremur in aliquem nostrum usum conuertamus. Quod et nostri tam inter se quam a Grecis, et Grecorum excellentes inter se factitarunt. Afranius enim togatarum scriptor non inuerecunde respondens arguentibus quod plura sumpsisset a Menandro: fateor inquit sumpsi non ab illo modo, sed ut quisque habuit, quod conuenire mihi. quodque me non melius facere credidi etiam a Latinis, quia si hec societas et rerum communio poetis scriptoribusque omnibus inter se exaranda concessa est, cur uitio mihi uertis, si unum Vergilii carmen inter mea posui. Sed qui te in me impulit perpauca legisse uidetur. Verum Indus elephas culicem non curat.* (Palladius, Cod. Aux. f. 22r)

## Macrobii Saturnalia 6, 1, 2-5

hunc esse fructum legendi, aemulari ea quae in aliis probes et quae maxime inter aliorum dicta mireris in aliquem usum tuum oportuna derivatione convertere, quod et nostri tam inter se quam a Graecis et Graecorum excellentes inter se saepe fecerunt. (...) Afranius enim togatarum scriptor *in ea togata quae Compitalia inscribitur* non inverecunde respondens arguentibus, quod plura sumpsisset a Menandro:

*Fateor, inquit, sumpsi, non ab illo modo,  
Sed ut quisque habuit conveniret quod mihi  
Quodque me non posse melius facere credidi,  
Etiam a Latino.*

Quod si haec societas et rerum communio poetis scriptoribusque omnibus inter se exercenda concessa est, quis fraudi Virgilio vortat, si *ad excolendum se quaedam ab antiquioribus mutuatus sit?*

## Vt scribit Pollio

### Vitruvii paraphrasis

pulchram responsionem -- Aristophani, summo in omni scientia uiro, nullo modo accipiendam, qui (ut scribit Pollio), cum esset unus eorum qui poetarum certamina iudicabant uidissetque Ptholemeum Egypti regem (ut moris erat) quosdam, qui maxime populo placuissent, coronaturum, sententiam rogatus regem admonuit eos non esse poetas sed fures, non prēmio dignos sed grauissima pēna mulctandos statimque prolatis ex armariis bibliothecę uoluminibus quae compilata fuerant fures ipsos fateri coegit effecitque ut unus qui fur non erat coronaretur, ceteri uero furti condemnati cum ignominia dimitterentur. (Nardinus, Cod. Aux. f. 23r)

## Vt scribit Pollio?

### Vitruvii de architectura 7, 6-7

itaque cum ab singulis sententiae sunt rogatae, sex una dixerunt et quem maxime animadvertunt multitudini placuisse, ei primum praemium, insequenti secundum tribuerunt. Aristophanes vero cum ab eo sententia rogaretur, eum primum renuntiari iussit qui minime populo placuisset. cum autem rex et universi vehementer indignarentur, surrexit et rogando impetravit ut paterentur se dicere. itaque silentio facto docuit unum ex his eum esse poetam, ceteros aliena recitavisse, oportere autem iudicantes non furta sed scripta probare. admirante populo et rege dubitante, fretus memoria e certis armariis infinita volumina eduxit et ea cum recitatis conferendo coegit ipsos furatos de se confiteri. itaque rex iussit cum his agi furti condemnatosque cum ignominia dimisit

# Auctores et opera

Praeter Macrobius et Vitruvius: epistulae Phalaridis; Plinius Maioris naturalis historia (praef. 22); Ausonii cento nuptialis (praef.); Martialis ep. 1, 66; Phaedri fabula 1, 22. *Et plures alii...*

**Peroratio** Annos centum et quinquaginta post Petrarحام  
recepta ubique videbatur regula sive norma de similitudine  
identitati anteferenda. Omnis ludorum magister et omnis vir  
bonus auctores antiquos nocturna et diurna manu debebat  
versare, verum compilare non licebat. Auctorum sententiae  
aliis verbis proferendae erant, quod suo exemplo ostendit  
Nardinus cum de Aristophane Byzantio narraret. Eaedem  
regulae valebant Iaderae ut Venetiis, in Dalmatia ut in  
Italia. Sperabat fortasse Palladius Fuscus Iaderae furtum  
suum a nemine cognitum iri; quae spes eum fefellit. Etiam  
peioris facinoris quam furti arguebat Palladium Nardinus;  
Patavinus miser non solum Macrobio verba extorsit, sed ipsa  
ea verba male intellegens non vidit in eis ironiam.



Elephas et culex Iaderae, anno MDX. Quomodo  
vituperaverit magister Nardinus Celineus  
magistrum Palladium Fuscum.

Neven Jovanović  
neven.jovanovic@ffzg.hr

Universitas studiorum Zagradiensis

Spalati, a. d. XIII Kal. Mai. a. U. c. MDCCLXVI